

5.2 - *intervento del Doge 1445. (c. 98. t.o)*  
**Ex authentico exemplali asservato in Cancellaria inferiore**  
**o sia del Coad. ord. P...**<sup>1</sup> (? - *la carta è abrasa*)

*(quinto fascicolo - carta parte 98. t.o)*

Franciscus (*a sinistra, in margine*) Foscari dei gra. dux Venetiarum etc.

Nobili et Sapienti Viro Johanni Maripetro de suo mandato Pot.tati et Capitan. Tarvisii fideli dilecto salutem et dilectionis affectum.

Quoniam per Summum Pontificem videtur esse collatum D.no galeoto del Corno in commendam, ut ita dicamus, beneficium curatum eccl.iae S. Johannis baptiste de Tarvisio, in qua, et non alibi, omnes baptizantur, et ipse d.n.s galeotus, sicut audivimus, non est in Sacerdotali ordine constitutus, ita ut illud officium sacri baptismatis exercere non posset, quod per informationem nobis datam, illis fidelibus civibus et communitati molestissimum est,

Nos habentes talem impetrationem fuisse et esse valde inhonestam, considerata natura rei, sicut etiam scripsimus de alia impetratione illius capellanie seu mansionarie, que ad collationem Gastaldionum hospitalis S. Marie de battutis juridice pertinet, declaravimus, bullas apostolicas, que de ambabus dictis collationibus faciunt mentionem, apud nos retinere, volentes et mandantes vobis, quod de facto huius beneficii S. Johannis baptiste, ac de eius qualitate et ratione bonam informationem sumere debeatis, ac scire de intentione eorum civium et communitatis, an hoc eis placeat, vel displiceat, et si illud officium baptizandi, vel ecclesia illa, ut alie persone ex tali provisione, seu collatione facta prefato galeoto reciperet detrimentum.

Advisando nos de voluntate illius communitatis et opinione v.ra, quam optamus facere rem dicte communitati gratam, et comodam, et divino cultui congruam, ut super hanc partem pertinenter deliberare possimus.

Confirmantes iterum ea que per alis vobis scripsimus de Capellania, seu Mansionaria ad hospitale S. Marie de battutis pertinente.

Dat. in n.ro Duc. palatio, die tercio Octobris Indictione nona MCCCCXLV.

Fr. delasiega Canc.s

---

<sup>1</sup> (*a lato, sul margine sinistro*) 3. Oct. 1445.